UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Homo viribus planè exhaustus, inuocata virginis ope, subitò in integrum restituitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

HOMO VIRIBVS PLANE EXHAVſtus, inuocata piiſsimæ Virginis ope, ſubitò in integrum reſtituitur.

CAPVT I.

HOmo quidam è Monſtrolij partibus anno 1326 ad iter ſeſe accinxerat complura vota peregrinationis ergo perſoluturus, & in particulari Geſſoriacenſis ſeu Bolonienſis, & ecce graui eaque repentina correptus infirmitate ita viribus exhauſtus eſt, vt nec ſe ipſum mouere, nec in pedes ſtare poſſet. Sed quid faceret miſer eo redactus anguſtiæ? vnicum illi reſiduum fuit perfugium vnicumque ſecuritatis aſylum, piè iuuocandi benedictam Virginem Mariam, quæ Camberonæ pio obſequio colitur ad ſuam imaginem per Iudæum perfidum dirè nimis cruentatam. O rem plenam miraculo: vix enim orationem ſuam compleuerat, quando protinus deſilire cæpit, & eodem ipſo die adhuc ſex miliaria confecit.

(∵)

MVLI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN